

BREVEM
ΣΚΙΑΓΡΑΦΙΑΝ
SECUNDI BELLI PUNICI,
DISSERTATIONE HISTORICA,
De

HANNIBALE
ITALIA EXPULSO,

Annuentibus ad AURAM Musis
Et

PRÆSIDE
VIRO AMPLISSIMO

DN. ISR. I. Nesselius

Eloquii Rom. Prof. Celeberrimo,
PRO GRADU,

Ad publicum examen defert

JOHANNES SPERMAN,

Ab. Finland.

Ad diem 22 Junii Anni currentis

MDCCLX.

hora & loco consuetis.

Exc. JO. WAL.

Jacoby Sigtrius

BR E V I U M

E R I T A R I A N A

S E C U N D I B E E T P R I N C I P

D I S S E R T A T I O N E H I S T O R I C A

D E

H A N N I B A L E

I T A L I A E X P U L S O

A n n o e r i b u s a d A u r a m M u n d i

P R A E S I D E

C I R O M A X I M I S I M O

D N I S R I N N

E l o q u i i R o m P r o f C e l e b e r r i m o

P R O G R A D U

M p u b l i c u m e x a m e n d e f e r

J O H A N N E S S P E R M A N

A d P r a e s

A d d i t u m 2 J u l i i A n n i c u r r e n t i s

C A R D C K

p o r t a d o c o n t r a h i t

E r c J o W a l

**DEI
ET
REGIS**

Summe Fido VIRO,

REVERENDISSIMO IN CHRISTO

PATRI AC DOMINO,

**DN. JOHANNI
GEZELIO,**

DOCTORI,

EPISCOPO,

PRO. CANCELLARIO,

Consummatissimo,

Eminentissimo,

Magnificentissimo.

MÆCENATI MAXIMO.

FELICITATEM ET ANNOS!

REVERENDISSIME in CHRISTO
PATER ac DOMINE,



Hannibalem depono meum sub
limine Vestro.

O Reverende PATER, *Thejolo-*
gumque decus.

Sit licet arte carens Vestras aditurus ad
ædes,

Et ferat in gremio nil sine, mole rudi:
Nec tamen intus Vestrum suspicere
tentat

Vultum, quem obsequiis æstimat atq;
colit;

Sed prece submissa jam pulsans ostia,
quærit

Expugnare animum, qui favet usque
suis.

Hannibal Herculeo celsas modo robore
rumpens

Alpes, æquantes nubila summa jugis,
A vere heroicis decantatissimus ausis,
Vivida perpetuæ nomina laudis habet.
Nunc tantum exoptat Vestrum captare
favorem,

Quem

Quem meritis celebrem Numinis in-
star haber.

Novit enim Tua quod sapientia pervolat
orbem,

Et sonat excellens nomen ubique
Tuum,

Quod neque nostra silent, neque quod
ventura filebunt

Secula; des igitur Te placidumq; mihi.

Ostia sunt precibus Tua semper victa
clientum,

Fac pariter pateant suspiriisq; meis.

Sic juvat inceptum melior fortuna la-
borem,

Votaque conatus obsequiosa mei.

Det DEUS ut Pylios traducas molliter
annos,

Gloria doctorum delictumque bonis!

Atq; diu vireas ex omni parte beatus!

Hoc vovet intimius qui Tuus usque
manet.

REVERENDISS: in CHRISTO PATER

Servus humilimus

Joh. Sperman.

In

Disputationem Gradualement,
Eximii & Praestantissimi Viri Juvenis,
DN. JOHANNIS SPERMANS,
Philosophiae Candidati industrii, Amici, Com-
militis & Congerranei, jugiter adamandi :



Quem Getula, Ducem, Iussum portare
Solebat,
Hannibalem, memoras, Bellua, Belligerum
Qui fuit insignis spoliis, conscenderat Alpes
Nubiferas, Romam terruit Arte novâ.
Hic annos sex atq; decem decernere ferro,
Instatit, Ausoniam perdere posse Plagam
Se reputans, nec cessavit donec revocaret
Fulmineum Heroem, Punica turba do-
mum.

Fusus haec, dubio procul, Ornatissime Spermans,
Discursu docto detegis atque notas,
Ex animo lator, nec non Tibi grator ho-
nores

Quos animi dotes promeruerat tui.

L. Mq; quamvis properiter,
scripsit

Dab. Ab. 17 Jun.

A. 1710.

SIMON TALEPO/
S. S. Th. Prof. Ord. P. G. W.



Q. B. V. D.

CAPUT PRIMUM.

§. I.



Amam per poli-
tioris ingenii
homines vul-
gavisse constat,
plurimas olim
bellicosas gen-
tes, quasi instinctu quodam
gloriæ cupiditate tractas fu-
isse. Quicquid tamen de La-
cedæmoniorum ambitione tra-
dat Isocrates, (a) de Romano-
rum laudis aviditate Sallust. (β)
de cupiditate Karthaginensi-
um in expetenda fortitudinis
& prudentiæ fama Orosius, (γ)

(a) *Orat.*
ad Nicoel.
de Regno.
(β) Cati-
lin. c. 7.
(γ) lib. 4.

A

de 6. 6.

de Gallorum denique, Germanorum, Hispanorum, aliarumque gentium inclinatione, Geographi & Historici, aliud non probat, quam quod

Sæpe latet vitium proximitati boni,

§. II.

Cum toti simus in monumentis Karthaginensium, reliqua sicco præterimus pede, id ex omnibus mirari lubet, quod in fortunarum & vitæ discrimen sponte sæpius se immerferint præci hi mortales, ut aut prudentiæ & fortitudinis laudem cito perituram recuperarent aut aliis imperitarent. Hinc quoque antiquitas dolo in hostem uti non erubuit, quod tamen Alexand. M. vere magnanimo non placuit, semper improbanti ejusmodi κλοπὰς πλέμων, uti loqui solebat, eamque victoriam pulcerrimam arbitranti quæ ex
ho-

hoste armato reportaretur: ita quoque se Helvetii, apud Cæsarem, (d) a majoribus suis didicisse fatentur.

9

(d) *Bel.*
Call. l. 2. c. 13

§. III.

PRO diversitate autem hominum diversa olim fuit bellandi ratio. Fortunæ multum apud Romanos tribuebatur, quod ex auguriis & auspiciis ante conflictum cum hostibus semper institutis, liquet, quibus utebantur, rati ea, quæ bono publico fiunt, semper auspicato geri debere. (e) Unde cæci gentiles templa ei dicarunt, (f) imaginati eandem suis semper successum largiri cœptis, quare eam, cui tantum liceret, ut hac duce per acerbos dubiosque tumulos, illa, quæ volucris quoque videbantur in via, accesserint, revereri liberos suos monuit Paullus Consul. (g)

(e) *Liv.*
lib. 2. c. 36.
Mach Vell.
de Republ.
p. 67.
(f) *Flav.*
Ant. Rom.
lib. 4. c. 33.
(g) *Florus*
lib. 2. c. 12.

Pœnorum Imperator Hannibal, omnium sui ordinis exemplar, parum fortunæ permittebat, quam solus in potestate habere visus, prudentia ad fortunam perennius stabilendam usus est: Stare in fastigio Pœnos, sub signis suis militantes, videbat: ex adverso, à multis annis nullos Romanorum progressus, sed jam fortuna eorum inclinata & pene jacens erat. Romanis tamen imperare contigit, cum Hannibal à Cannis Romam nō peteret. Nam licet eximia prudentia valeret, imprudentia tamen laborabat, non exigua. In Italiam armis ingressum sibi parabat, armorum etiam præmia armis defendebat; Romani tamen ab imprudentiâ Pœnorum robur mutuati, Pœnos ab armis discedere, regionemque liberam relinquere

coe

coegerunt. Hæc res â nobis 5
penitius introspectenda, cui
ut facilior pateat aditus, quæ
nominalia sunt, prælibabimus.

§. V.

Cum lingua Punica fuerit ea-
dem fere cum Cananæa (9) (9) *Petit.*
cognataque Hebrææ, (1) ideo *Miscel. l. 1.*
ex hac, cui suas debet natales (1) *Boch.*
non difficile est investigare no- *in Canaan*
minis hujus Hannibalis origi- *pag. 800.*
nem. Hannibal autem videtur *Thom. Rei-*
dici quasi על הנן Sicut enim *nes. in is-*
Avva a הנן *gratiosa*, sic *Avvίβας* *τορχμείνοις*
& Annibal, ex eadem radice, *Linguae*
pereunte litera gutturali in *Punica.*
peregrinis linguis. (1) *Vorst.*

§. VI.

Quadrat prope nomen hoc *cap. 11.*
ad fiduciam collocatam *Leusd.*
in illo, quem tanquam Patro- *Phil. Heb.*
num suum Pœni coluerunt & *Diss. 20.*
venerati sunt. Ast dicat quis,
nomen â Pœnis non fuisse im-

6 positum, inque eo nullam habitam rationem rerum ab eo gerendarum. Oggerimus illi non inauditum esse in historiis nomina etiam apud veteres mutata esse. Quod Judæi ob

(N) *Comm.* ste Leusdenio. (x) Apud ali-
ad Jonam. as gentes, nomina videntur im-
posita, ob magnam spem, quã fovebant de filiis principum. Nam in Ægypto Regis creati nomen mutatum, aliudque inditum, quod cum eminentia Regia optime conveniret, in-

(λ) *Antiq.* terprete Josepho. (λ) Sic Æ-
Jud. lib. 8. gyptiorum Reges, qui post
cap. 2. Alexandrum erant, addito cognomento Ptolomæi dicti, & post inclytum Regem Persarum Artaxerxem Mnemonem, nomen Artaxerxis frequenter

(μ) *Diod.* usurpatum. (μ) Quod nomen
Sicul. Bibl. jam Hannibalis, boni ominis
Hist. lib. 15. causa impositum sit, ex supra
pag. 400. allatis conjectare licet. §.

Conjecturæ huic ut eo ma-
 jor fides habeatur, penitius
 introspicienda, nominis Han-
 nibalis significatio. Gentilium
 deastrorum nomen præcipuū
 in oriente fuerat לעב , ut apud
 Græcos Zeus & apud Latinos
 Jupiter. Inde assyrii contra-
 cte dixerunt Bel, unde voca-
 tus Belzazar. Phœnices Bal,
 unde nomina Asdrubal, *auxi-
 lium DEI*, Adherbal, *banor* seu
gloria DEI. Hinc nomen sor-
 titum etiam Hannibalem, non
 incredibile est. (v) Apud Ba-
 bylonios nomen DEI Nabo no-
 minibus Regum fuit præposi-
 tum, (ξ) sic dicitur Nabo-
 cadnezar, Nabosaraddon, Na-
 bonassar. Ita apud Karthagi-
 nenses à nomine DEI לעב vo-
 ce quadam præposita, nomen
 sortiti sunt viri de republica o-
 ptime meriti. Tale quid cerni-
 mus in voce Hannibal, quæ vi-
 sua denotat gratiam DEI. §.

(v) Pfeiff.

Dub. Vex.

cent. 21.55.

(ξ) Scal.

Emend.

Temp. l. 6.

(o) B.H.
lib. 4. c. 3.

(π) Hof-
man. Lex.
Univ. in
voce Hann.

Cum nominum similitudo errorem non raro pariat scriptoribus, (ut probat exemplo eorum, qui literis consignarunt historiam de navigatione Argonautica Diodorus Siculus (o)) non tædiolum erit enumerare quosdam, qui ejusdem fuerunt nominis, ne cum nostro Hannibale confundantur. In historiis plures hujus nominis occurrunt, utpote Dux Karthaginensis, Annibal Rhodius, qui non potuit esse pater magni hujus Hannibalis; ut nonnullis placet, cum mortuus hic credatur belli Siculi Anno I. Olymp. XCIII. Atque ita inter hujus obitum & alterius Hannibalis natiuitatem, inter sunt anni plus minus CLX. (π) Apud Karthaginenses alii etiam erant, quibus nomen Hannibal, utpote filius Gilconis, nepos Ha-

Hamilcaris. Alius item, Hannibal senior dictus. Et si qui fuerint alii plures, qui non confundendi, cum magno illo Hannibale, de cujus ex Italia expulsionem nos acturi erimus.

CAP. SECUNDUM.

§. I.

Humanum ut propagatum genus, rerum usus sensim restrictus, nec ejusmodi communionem pati potuit, qualem Pythagoras instituit & Plato approbavit, (a) exceptis iis, quæ etiamnum communia sunt, quæque usus sunt inextincti, nec deteriora fiunt jugi usu. Ast, ut alia hac pertinentia nunc præteream, cum cupiditate vilendi peregrinum orbem, accrevit cupido habendi ea, quæ propria non fere-

(a) Diog. Laërt. Vit. Pytb. jam. blich. c. 18. Gell. N. A. lib. 1. c. 9. Schilterus de Pyth. bat dist. §. 56.

bat tellus: unde ubi bonæ artes deerrant res acquirendi, dolis contendebatur; Ad quas repellendas varia inventa sunt remedia. Unde Ægyptii, quosvis peregrinos occiderunt, ut sic omnes absterrerent, nec invasionibus expositi forent. Idē mos occidendi hostes & comedendi diu viguit apud Indos Occidentales. (β) Non

(β) *Gothf. Hist. Occid. India pag. 313.*

adeo humanitatis sensum exuerunt illi, quibus refugium erat Societas Civilis, ubi beneficium civitatis, vi legis omnibus omniumq; posteris concedebatur. (γ) Ne diffidia societati ruinam minarentur quæque civitas regē habebat. Unde verè dixit Sallustius. (δ)

(γ) *Le-Grand. Inst. Philos. p. VI. p. 35.*

Puf. J. N. Regum nomen primum imperii in EG lib. 7.

terris fuisse.

c. 1. §. 7.

§. I I.

(δ) *Catil. cap. 1.*

Cum civitatibus Reges essent præfecti curæ fuit singulis, ut possent ex oppido parvo

mac

magnum facere, cujusmodi 11
legimus etiam in historiis po-
steriorum temporum de Ro-
mulo, (ε) bella iterum succe- (ε) *Horn.*
pta, quibus aliis oppressis alii *O. P. de*
potentiores facti. Tandem eo *Mem.*
perventum est, ut imperii fi- *Rom.*
nes ibi esse censerentur, ubi
natura eos constituit. Polu-
isse autem natura videtur li-
mites gentibus, in montibus,
lacubus, sylvis, denique Oce-
ano, quod innuit Homerus
(ζ) his versibus. (ζ) *Iliad.*

ὃ γὰρ πάποτ' ἐμὰς βῆς ἤλασαν,
ἔδεμεν ἵππους

ὃ δέ ποτ' ἐν Φθίῃ ἐπιβόλακι βω-
τιανείρῃ

καρπὸν ἐδήλησαντ', ἐπεὶ μάλα
πολλὰ μεταξὺ

ἄρκα τε σκισσόμενα, θάλασσά τε
ἠχήεσσα.

Hinc est quod in Proverbio di-
citur, tutandis rebus-publicis

B2 πα-

nata esse maria & flumina, licet jam in hac excultioris seculi luce, alia quoque limitum ratio existat.

§. III.

Quamquam natura singulis gentibus certos videatur constituisse imperii fines, vimque facere illi, qui eos transilire student, suadet tamen hominibus, ut tribus illis, materia mercium, manufactura & vectura eorum, quæ gens genti vendit, publicæ opulentiaæ augmentum quærant, (1) nam

(1) *Franc. Baco serm. Non tellus eadem parit omnia, vitibus illa*

Convenit, bac oleis, hic bene farra virent. (9)

(9) *Obid. Quæ quidem tres rotæ, si rede ars. l. 1. Eæ progrediantur æstus divitiarum erunt uberiores. Sæpius autem contigit illud, de v. 757.*

(1) *Idem quo loquitur Poëta (1) Met. lib. 2. Materiam superabit opus - -*

Fab. 1. Nempe ut manufactura mate-

te-

terizæ pretium excedat, & statum magis locupletet. Manifesti sunt hujus rei testes, inferioris Germaniæ populi, qui quidem fodinas illas sed supra terram habent ditissimas.

§. IV.

HÆC & alia ex Regionibus exteris comparare possunt gentes. Id fecisse legitur Ancus Martius, apud Dionysium Halicarnasseum, (x) qui cum animadverteret ostium Tyberis posse commoditatem præbere, extruxit ostiam, ad onerandum ibi & exportandum merces aptam, ut non tantum Roma iis fruere-
tur, quæ vicina Regio suppeditaret, sed & maritimis commoditatibus. Hinc fœdera commerciorum Politicis audiunt, ceu fœdera armorum dicuntur de conjunctis exerciti-
bus. Quæ adeo necessaria

(x) *Antiq. Rom. lib. 3.*

cententur, ut nulla respublica
fere constare sine his possit.
Hinc multi fulcra accepere
ad conservandum libramen-
tum publicum, quo in procu-
rando, gentes, quod nimis est
sæpe urfisse videntur (μ)

(μ) *Plato*
de Legib.
lib. 1. p. m.
692:

§. V.

Hinc multi fines imperiū
prorogare studentes, bello
vicinos persecuti sunt, quo
suscepto spolia hostibus detra-
xere, suas ut auferent opes,
imo ultima sæpe tentarunt &
extrema pericula adierunt, ut
manifesta docent exempla Per-
sarum & Græcorum, (ν) Ro-
manorum etiam & Karthagi-
niensium, quorum innumeræ
strages etiam hostibus fuere
miserabiles. (ξ)

(ν) *Curt.*
lib. 4. c. 11.
Arrian.
lib. 2. p. 123.
Chr. Mat.
Monar. 3.
(ξ) *Liv.*
lib. 33.
Polyb. lib.
1. & 2.

§. VI.

Cruentum dixi inter Roma-
nos & Pœnos fuisse bel-
lum, quod si in præsentī pau-
cis

cis attigero, non spero extra 15
institutum fore. Pœni (ut sta-
tum videamus horum tempo-
rum) non solum ob inventi-
onem secturarum metallica-
rum, quo tempore Iberiam
tenebant, (o) verum etiam ob (o) *Diod.*
longinqua & diuturna com- *Sic. l. 5. c. 9.*
mercia, admodum potentes, *Plin. l. 7.*
finitimas gentes sibi subjece- *c. 57.*
rant, totique mari, vicinis li-
toribus & plerisque insulis im-
peritabant. (π) Hinc eorum (π) *Boch.*
mercatoria prudentia apud a- *in Phaleg.*
lias gentes adeo evecta, ut
Pœnos alii primos mercaturæ
inventores, (ρ) alii mercatu- (ρ) *Plin.*
ram à Libero patre institutam *l. 7. c. 55.*
primum Pœnos (σ) exercuisse
credant. Hæc fuit causa, cur (σ) *Pol.*
eorum postmodum excresce- *Vergil. de*
rent vires. Pretio enim opti- *Inu. Rer.*
mis militum conductis, mul- *l. 3. c. 16.*
ta gesserunt adversus externos
bella, Romanos Siculosque ac
Libyas in maxima deduxe-
runt

runt pericula, cum omnes opibus superarent. Quod mercenario milite usi sint, liquet

(τ) in *Libyc. p. 30.*

ex Appiano, (τ) qui dicit, Scipionē victorem Karthaginensibus ea conditione pacem concessisse, ut ne liceret illis amplius ξενολογείν ἄπο Κελτῶν ἢ Λιγύων é Gallia aut Liguria mercenarium militem conducere. Hinc fuit, quod a tenuissimis primordiis adeo paullatim excreverint, ut non modo Libyæ verum etiam insularum & bonæ Hispaniæ partis imperium tenuerint.

§. VII.

NON solum in iis regionibus, verum etiam in Britanniæ quadam parte sedem fixisse Pœni putabantur. Inter Britannæ populos, ut conjetat Tacitus (υ) Silurum colorati vultus & torri plerumq; crines, & positus contra Hispan-

(υ) in *Agricola*
c. II.

spaniam, Iberos veteres tra-
 jecisse easque sedes occu-
 passis fidem faciunt. Iberos
 nempe Tartessios, qui Phœni-
 cum erant coloni; His enim
 solis, navigandi & colonias in
 remota loca deducendi & ani-
 mus & peritia fuit. Et silu-
 rum nomen ex Phœnicia lin-
 gua exculpit Bochartus. (φ) (φ) in
 Britaños æque ac Gallos brac-
 chatos fuisse docti sciunt, un-
 de nominata est ea pars Gal-
 liæ, quæ alias Narbonensis
 provincia audit, bracchata,
 (χ) quamquam non soli Galli
 nisi sint bracchis, sed & Sar-
 matae, (ψ) Getæ (ω) & Per-
 sæ. (α) Arabice porro brac-
 cha Bocharto est *שרו* *sirwal*,
שרו *sirwalim* vero braccha-
 ti; unde Romanis per meta-
 thesin Silures ii Pœnorum,
 qui in Britannia sedem fixe-
 runt, vocati creduntur

(φ) (φ) in
Phaleg.
 p. 733.

(χ) *Pol.*
Verg. de
I. R. l. 3.
 c. 23.

(ψ) *Pomp.*
Mela l. 2.

c. 5. *Lu-*
can. l. 1.

(ω) *Ovid.*
Trist. l. 4.

E. 6. v. 47.

(α) *Idem l. 5. El. 10. v. 34.*

18 *κρητικῶς*, ut à reliquis Phœnicibus hâc appellatione distinguerentur. Sed de hâc conjectura dicere licet: fides sit penes auctores.

§. VIII.

Karthaginienses tubactis tot regionibus, eo potentiae perveniebant, ut bellum interre finitimis constituerint. Sed cum malis opprimerentur plurimis, atque etiam peste laborarent, homicidiis pro remediis usi sunt; quippe homines ut victimas immolabant, ætatemque impuberem, quæ etiam hostium misericordiam provocaret, aris admovebant, exemplo Druidarum & Scytharum; (β) hostibus tamen læpissime succumbere coacti: Ionilco Dux Karthaginensium, cum in Sicilia bellum gereret, repente horribili peste exercitum amisit. Af-

(β) *Bochart. de Relig. Druid. Euseb. Chr. l. 4. c. 16.*

fidua

fidua adversus Siculos, at raro 29
 prospera gesserunt bella. Ter- (γ) *Oros.*
 restri navali que certamine sæ- l. 4. c. 6.
 pe superati à Pyrrho Rege
 Epiri, qui de in àb illis victus
 & coactus fertur àb Antigo-
 no Gonata auxiliares milites
 petere. (δ) Tandem ad Ro- (δ) *Hofm.*
 mana bella conversi sunt. *Lex. Univ.*
voce Pyrb.

§. IX.

Italicos populos facilius vin-
 ci posse arbitrabantur, cum
 æquali fœdere juncti non es-
 sent, sicut Græci, qui post
 concilium illud institutum àb
 Amphictyone communes le-
 ges habebant, quas vocabant
 Amphictyonicas, (ε) quorum (ε) *Paull.*
 exemplum imitati adversus *san. l. 10.*
 Macedonum arma Achæi. Sed *Dion. Hæ.*
 diversis Italici parebant legibus *lic. Antiq.*
 & inæquali fœdere juncti e- *Rom. l. 4.*
 rant, (ζ) Sic municipes suo *c. 30. Strab.*
 jure suisque legibus uteban- *Geogr. l. 6*

C2

tur (ζ) *Liv.*

l. 4. Agellus N. A. l. 6: c. 13.

tur muneris tantum honorarii cum populo Romano participes. (7)

(7) Rosin.

Antiq.

Rom.

§. X.

Italia à Romanis Pyrrhum expulsum ut comperiebant Karthaginienes, altius quam par erat, ascendere voluerunt, instituta etiam Romanæ urbis æmulari cœpere. (9) In hac elatione & magnitudine animi, nimia cupiditas principatus Pœnis innascebatur, quam in æmulatione virium primum experti sunt Romani, quæ dein in manifesta bella erupit: Periculum Sociorū Mamertinorum, interprete Scipione (1) Romanis primum induebat arma, quibus auxilium ferebant, contra Karthaginienes, in Siciliam Appio Claudio Consule cum exercitu missa, qui tam celeriter Syracusanos Pœnosque superavit, ut ipse quoque Rex rerum

(9) Vell.

Patens. l. 2.

s. 1.

(1) Liv.

l. 30. c. 31.

ma-

magnitudine perterritus, ante se victum, quam progressum prodiderit. (*) Karthaginenses rebus eorum invidentes secundis, occasionem, ut illis videbatur, justam, bellandi arripuere.

21

(*) Oros.

l. 4: c. 7.

Florus 1, 2.

c. 2.

§. XI.

Hinc ansam primi belli adversus Romanos gesti cepere, quod Romani contra Kartaginenses viginti tribus annis pro Sicilia gesserunt. Hoc bello quamvis læpius victi Karthaginenses, Romanis tamen nec continua erat felicitas; quippe ingentibus damnis afficiebantur: infando naufragio Romana classis eversa est, cum ad Italiam prædis onusta remearet, nam de cxxx tot perierunt, ut lxxx vix, abjectis oneribus, liberatæ sint.

(λ) Ultimo navali prælio victi Karthaginenses ad Insulas Æ-

(λ) Oros.

l. 4. c. 9.

C3

gates

gates, pacem petiere, quam
& impetrarunt, insulis inter
Italiam & Africam abstinere
jussi.

§. XII.

Karthaginienses harum in-
sularum imperio exuti,
duris etiam fœderibus con-
strictos se putantes, pro Rei-
publicæ suæ avito jure acrius
insurrexere, utque Siciliam &
Sardiniam parentibus suis e-
reptas sibi subjicerent, pedi-
bus manibusque obnixè fe-
cerunt; ob patriam itaque &
ob iram justissimam pugna-
turos, Karthaginensibus per-
suadebat Hannibal. (u) Pri-
ma fax hujus belli, erat Sagun-
thus in Hispania ab Hannibale
deleta, qui victorem exerci-
tum in Italiam transportavit,
eamque fere XVIII annis, ferro
flammaque crudelissime va-
stavit.

(u) *Did.*

Orat. Han.

ad Ticin.

in Liv.

l. 21 c. 43.

§ 44.

Hamilcar & Haldrubal, qui
 priori bello exercitui præ-
 fuerant, necessitati tempo-
 rum cedere coacti, fœdera
 cum Romanis pepigere. Quæ
 Karthaginienes, licet gravis-
 sima execratione se obstrin-
xissent inviolata servaturos,
 infirmarunt. Hinc Hannibal,
 quem pater Hamilcar ad ju-
 randum ^{per omnia} adegit, se quam pri-
 mum per ætatem posset, bellum *Just. Jeribet*
 Romanis illaturum, (v) omni (v) Polyb:
 modo, cum adolevisset, curavit, l:3. Plutar.
 ut macula, quæ punico nomi- *in Hann:*
 ni iniusta erat, deleretur, qua
 de re hunc in modum introdu-
 citur Hannibal apud Silium
 Italicum (z) patrem alloquens (z) lib. 1.
Romanos terra, atque undis, ubi
competet atas,
Ferro igneque sequar Rhœteaque
facta revolvam.
Non superi mihi non Martem co-
hibentia pacta,
 Non

24 Non celsæ obstiterunt Alpes, Tarpe-
jaque saxa.

Hanc mentem juro, nostri per mi-
mina Martis,

Per manes, regina tuos. - -

§. XIV.

Primo punico bello peracto,
sequebatur Romanis brevis
& ad recipiendum spiritum
requies, ast non mansit diu,
quippe (o) ab Insubribus Gal-
lis, Liguribus & Illyriis sin-
gulis ad bellum contra Ro-
manos, ne rubiginem arma
sentirent, incitatis, vexari cœ-
pere. (π) Hisce lopitis de agris
hostium dividendis inter mi-
lites & colonias Romanas le-
ges tulere Romani, quæ Gal-
los nuper devictos vehemen-
tissime offendebant.

§. XV.

Interea dum hæc à Roma-
nis gerebantur, Hasdrubal
rebus Karthaginensium præ-
fuit, cui interempto Hannibal
suc-

(o) Florus
l. 2. c. 3 & 4.

(π) Turseß.
E. H. l. 3.

successit, idque anno ætatis
 xxvi. Vidit autem animos Pœ-
 norum ægre cum Romanis
 conciliatos esse; pudebat enim
 nobilem populum, ablatum
 mare, raptæ insulæ, dare tri-
 buta, quæ jubere consueverat.
 Constituit itaque Hannibal in-
 sulas, bello superatas & vecti-
 gales factas, precibus negatas,
 armis repetere, injuriasq; in-
 juriis ulcisci, quod nec im-
 probatum vidimus, si discepta-
 tum esset de illis & novorum
 motuum causæ à Karthagi-
 niensibus quæsitæ non essent.
 Huc spectat effatum Laurent.
 Vallæ (p) sapientia plenum:
*Non sic, inquit, crudelitas hostis
 vindicanda, ut crudelior ipse ju-
 diceris.* Ut autem Haldrubali
 successit Hannibal, statim in
 Hispania res feliciter gessit,
 Salamanca Vaccæorum & Sa-
 guntho post septem mensium
 obsidionem captis.

(p) lib. 2.
 de Ferdin.
 Arragon.
 Rege.

Non pauca erant, quæ Hannibalis animo quietem denegabant; sentiebat enim motus quosdã penes se, qui & animo robur & corpori armaturam induere jubebant. Pullulabant autem hi ex causis, tam publica, quam privatis, priorem supra verbo tetigimus, odium videlicet Karthaginensium sine ultione implacabile. Superiori tempore, cum tot cladibus Pœnorum, Romana victoria esset insignis, ratus temporis consulendum Hamilcar, pacem inivit, indignatione tamen non prorsus deposita, qua dein ductus opportunitatem continuo præstolabatur, qua Romanos ulcisci posset, quod cum ei & genero Hasdrubali per mortem denegaretur, contigit Hannibali, ut voti compos fieret, paternumque odium longe lateq; dif-

diffunderet. Quod igitur Karthaginienſes iniquo animo fe-
rebant, jacturam ablatae terrae,
cauſſa erat non minima, quae
Hannibali animum adderet.

27

§. XVII.

Occasio ex parte Romano-
manorum, belli à Kartha-
ginienſibus ſuſcipiendi, erat,
quod Sagunthini, jure foederis
in libertate relictī, poſtea
ſe Romanis addixerint. Tan-
dem ex obligatione jurisjuran-
di patri ſuo dati, Hannibal Ro-
manis inſenſus erat. (σ) Unde
conſtat Hamilarem, quamvis
ante decennium mortuum, cau-
ſam fuiſſe belli Hannibalici.
Hic autem Hannibal, primo
bellum in Hiſpania adgreſſus
eſt, ſtudens hac velut præpa-
ratione, uti ad bellum in Ita-
lia poſtea gerendū. Felix in Hi-
ſpania ſucceſſus eum audacius
ad bellum incumbere fecit; qua-

(σ) Plu-
tarchi in
Hannib.

p. 157. Po-
lyb. lib. 3,
pag. m. 205.
206. 207.

re terra marique relictis præ-
fidiis in Africa, Hispania, Gal-
lia, Sicilia, prudentissime bel-
lum apparavit, ipse in Italiam
cursum direxit per Alpes: non
autem per Penninū jugum, sed
per Taurinos, ubi triginta sex
millia hominum, ingentemq;
numerum equorum & aliorum
jumentorum amisisse fertur.

(τ) Bo-
chart. Ca-
naan l. 1.
c. 42.

(υ) in no-
tis ad
Pomp. Me-
lem p. 74.
(Φ) lib. 21.
c. 38.

(τ) Hinc errat Vadianus, (υ)
dicens jugum à transitu Pœ-
norum nomen accepisse. Id
cum inter omnes constet, in-
quit Livius, (Φ) eo magis
miror ambigi, quānam Alpes
transierit; & vālo credere Pen-
nino, atque inde & nomen ju-
go Alpium inditum, transgres-
sum. Et paulo post: Neque
hercule montibus bis (si quem
forte id movet) à transitu Pœ-
norum Veragri incola jugi e-
jus norunt nomen inditum; sed
ab eo, quem in summo sacra-
tum vertice Penninum montem

appellant. Jovem fuisse putant, qui Penninus ideo dictus fit, quod aram habuerit & Sacellum in summo penni.e. vertice alpium.

29

§. XVIII.

TAndem relicto fratre Hasdrubale in Hispania cum exercitus parte, in Italiam pergat Hannibal, ut fama fuit, cum exercitu 80000 peditū & 10000 equitum, ubi strenuam per assiduitatem, summa in omnibus præliis, quæ alicujus momenti erant, felicitate utebatur. Tribus ingentibus præliis, ad Trebiam, ad Trasimenum & ad Cannas Romanos profligavit, ut conflictum equestrem ad Ticinum sileamus; sed post Cannensem pugnam res ejus lenim retro iverunt. Victo tandem eo ad Zamam à P. Sipione, ad eas angustias res Karthaginensium reda-

sunt, ut salutem suam mœnibus tueri, durissimasque pacis condiciones, arbitrio victoris accipere sint coacti.

§. XIX.

(x) *Gorjonides* l. I, c. 15.

Gorjonides (x) addit, quod Hannibal etiam Britannos subegerit, qui habitant in Oceano. Quæ verba, an fidem mereantur, disquirere præsentis non est instituti. Id dixisse sufficiat, Hannibalem, cujus gesta ex Polybio & Livio notissima sunt, nunquam ad Britanniam accessisse, tantum Galliarum partem attigisse, quæ inter Pyrenæos & Alpes à Britannia remotissima est. proinde Camdenus recte observat

(ψ) *in Polyb. Eclog. ex lib. II.*


(ψ) mendose legi συγκλειομένη τῆς βρετανίας εἰς πάνυ βραχεῖς τόπος Ἀνίβη, & loco βρετανίας rescribendum βρετανίης. Casauboni editio habet βρετίας, i.e. clauso Hannibale in angulis agri

Bru-

Brutii, non in angulis Britan-
niæ. Simile mendum occur-
rit in his Olympiodori: Ρήγιον
μητρόπολις ἐστὶ τῆς Βρετανίας,
ἐξ ἧς Ἀλάριχος ἐπὶ Σικελίᾳ Βυλ-
μευος περαιοῦσθαι ἐπεσκεῖθη. Rhe-
gium est Britannia (imo τῆς
Βρεττίας Brutia) metropolis,
unde cum vellet Alarichus in
Siciliam trajicere, cohibitus est.

CAP. TERTIUM.

§. I.

uoties tere cum Ro-
manis congressus est
Hannibal, toties non
adeo magna manu ingentes
eorum exercitus fudit. Non
semper stipatus fuit satelliti-
bus hastatis (nisi eos aliquan-
do decoris & ornamenti cau-
sa haberet, quod laudat Sene-
ca (a) custodiam quippe cor- (a) l. i. de
poris existimavit, amicorum Clement.
virtutem, militum benevolen-
tiam

tiam & suam prudentiam. Per hæc enim & acquirere & conservare regna se posse arbitrabatur. Non majora assumebat, quam quæ persequi poterat. Prudentia sua multum valebat; ea quippe vicit, quæ supra spem humanam erat vincere. Felicitate usus est ad promovendum bonū publicum, quo omnes actiones suas dirigere monet imperatores Cicero, (β) cum dicit: *moderatori Reipublice beatam civium vitam propositam esse debere.*

(β) lib. 8,
de Republ.

§. II.

Quemadmodum felicitas ejus multum profuit Reipublicæ, ita infelicitas, quam expertus in Africa, ubi hostes ipsi per arma per viros late stragem dedere, irreparabili erat detrimento. Omen quasi cladis erat alius prudentiæ contemptus; vanum enim esse non animad-

advertit se a se solo non satis
sapere, donec tandem verita-
tem hujus effati experiri co-
actus: omnia uni data non esse.

§. III.

Audaciæ majus dedit robur
nimius successus, qui eum
primo expugnavit, ac inso-
lentiorem languidioremq, ef-
fecit. Egregie Curtius (γ)
res secundæ, inquit, valent
commutare naturam. Hæc pro-
les fuit opinionis, quæ con-
stantiæ iminica, ut ratio incon-
stantiæ, (δ) ortum trahens â
pestifero & unico illo volun-
tatis morbo, qui communis
scaturigo omnium voluntatis
morborû, quibus præter spem
affici solet. (ϵ) Hic nocivus
audaciæ fons, quemadmodum
vanus, ita in Hannibale incer-
tus, fallax male consulens, male
judicans, animum ejus teme-
ritate excruciabat, audaciam

(γ) Lib. 10.
c. 1.

(δ) Lipsius
de Const.
l. 1. c. 2.

(ϵ) Verul.
lib. 8. de
Augm.
Scient.

E illi

illi objiciens, tanquam illud iter, per quod ei ad immortales erat laudes eundum, unice in votis habenti, ut aliis imperaret, vel saltem, majoribus suis præstantior digniorq; videretur. Hanc cum tot conjunctam malis propriissime pestem humanam vocat Franciscus Baco de Verulamio. (ζ)

(ζ) de
Augm.
Scient. l. 2.
c. 2. Et
Serm. Fidel. xxxv.

§. I V.

Huc accedit, quod prudentia Hannibalis, quamquam magna, obscurata tamen non raro: ut post tempus prælii Cannensis, quo peracto, si Romanos terruisset ad pacem componendam bellumque delendum, non fuisset coactus jacturam facere famæ, aut tot suorum cæsos sauciatosque videre, ne dum potuisset facile Italia expelli. Romani, quorum fortitudo per totum orbem laudibus celebrabatur, post
pu-

pugnam Cannensem non imprudenter res suas qualitercunque, etiam contra leges & mores patriæ, restituere conabantur, ut etiam eos quibus antea arma capere non licuit, necessitas amare docuerit.

35

§. V.

Nec præterea plenam armorum societatem servavit Hannibal cum vicina Græcia bello Tarentino cœptam, (1) id si fecisset facilius mare liberum habere potuisse videtur, nec opus habuisse tantam belli molem in inferiori Italia sive magna Græcia subjuganda consumere, & Capuam interim, cui imperium Italiæ promiserat, delerere.

(1) *Ampertius p. m.*
403.

§. VI.

Quemadmodum nihil tam malum, quin alicui proficuum, ita luxuria & libido etsi per se malæ fuerint & Roma-

E2

nis

(9) *Vel-*
lej. Paterc.
lib. 2, c. 1.

nis detrimento (9) sæpe, bonæ tamen fuere aliquando & Romanis etiam auxilio. Hannibal quamdiu in mitiori Italiæ parte permanerat, per quam utilis Campana luxuria Romanis fuit. Inviçtum enim enim armis Hannibalem illecebris suis complexa vincendum Romano militi præbuit. Illa vigilantissimum ducem acerrimumque exercitum, dapibus largis, abundanti vino, unguentorum frangratiâ, veneris usu lasciviorè, ad somnum & delicias evocavit. Ac tum demum fracta & contusa Punica feritas est, cum Seplasia ei & Albana castra esse cœperunt.

(1) *Valer.*
Max. l. 9.
c. 1.

(x) *in*
Epist.

(λ) *Horn.*
Orb. Polit.

in Mem. Rom.

(1) Idcirco haud vane olim dictum a Senec: (x) *Una Hannibalem biberna solverunt & indomitum illum nivibus & Alpibus enadaverunt fomenta Campania.*

Armis vicit, vitiis victus est.

PRÆTERA non bene consuluisse rebus suis videtur, quod cum inaudiret Hasdrubalem adventare in Italiam cum ingenti exercitu, per exploratores non observaverit motum Consulis Livii Salinatoris ad fratrem suum circa Alpes opprimendum. (μ) De cetero id forte illi damno fuit, quod non omnia penitus Sicilia, omnibus viribus caput rerum Romam aggredere; nam illa oppressa reliqua utique bella cessatura fuissent. (ν)

(μ) Liv.
l. 27. c. 50.

(ν) Florus
lib. 2. c. 6.

§. VIII.

TANDEM & illud huc accedit, quod, quemadmodum Pœni per voluptates imbelles facti, ita rei militaris cura apud eos elanguit: antea docuit milites suos Hannibal spectaculis captivorum fortiter pugnandum esse, ast ab amœnis Cam-

paniæ litoribus captivato captivandi cupiditas periit. Post maximas res gestas segnities & inertia oriri solet; illud in Hannibale observarunt Romani, cum non curavit eorum transitum in Africam intercludere, ideo Scipio manente eo in Italia, imposuit Karthaginensibus necessitatem revocandi Hannibalem, (ξ) idque transmissio in Africam exercitu. Sic Scipio à domesticis finibus in hostile solum transtulit bellum. Ex hisce omnibus comperiebat Hannibal, verum esse illud Valer. Max. (ο) Multo se ipsum quam hostem vincere operosius.

(ξ) *Frontin. de Strat. lib. 1. cap. 3.*

(ο) *Valer. Max. l. 4. cap. 1.*

§. IX.

Hisce exceptis aliæ fuerunt causæ, quæ quamquam inter remotiores numerandæ, non minimum tamen fecerunt ad expulsionem Hannibalis. Utpote longa temporis mora
in

in bello continuando, dum Romani per totum illud tempus in artes Hannibalis introspicendi ansam habebant, iis denique contra ipsum utendi. Lycurgus quondam, (π) Rhetram sive legem tulit, vetantem eosdem hostes sæpius sæpiusque impugnare, ne repugnare coacti illi quoque bellicosi evaderent. (ρ) Hujus rei testimoniis plenæ sunt omnes omnium temporum historiæ; pensitet, cui difficile hoc est credere, prima illa tempora, quibus bellare cœptum, videbit sane injurias clavarum tergoribus ferarum propulsatas, sequioris etiam ævi monumenta, testantur nunquam tam calida stratagemata humanam excogitasse industriam, quæ rimari Imperatoriæ artes non didicere.

(π) *Plutarch. in Lycurgo.*

(ρ) *Inst. Lipsii Polit. l. 5 c. 20.*

Denique accedit prudentia Romanorum : qui impigerrime sciscitando, quid ageretur, promptissime exequendo, quod è re erat, diligentissime providendo, ne in loca insidiis obnoxia deducerentur, acerrime denique exequendo ea, quæ summam rei concernebant, se & Rempublicam conservarunt. In his omnibus maxime commendanda Romanorum prudentia, in eo quod caverent loca insidiarum plena. Hannibal apud Cannas cum comperisset Vulturum amnem; ultra reliquorum naturam fluminum, ingentes auras mane perflare, quæ arenarum & pulveris vortices agerent, sic direxit aciem, ut tota vis à tergo suis, Romanis in oculos & ora incideret : quibus incommodis hosti mire adversantibus, illam memorabilem ad-

adeptus est victoriam. (σ) Ro- 41
manis in artes Hannibalis bel. (σ) Fro
licas, ut introspicere datum fu- tin. de
it, sponte in pericula se non Strat. l. 2
præcipitarunt; curæ fuit illud c. 5.
viris bonis & patriæ amanti-
bus, hinc alius scutum, alius
gladius P.R. dicebatur, ut Fa-
bius Maximus & Marcellus a-
pud Florum. (τ) (τ) l. 2. c. 6.

§. XI.

Cum prudentia Ducum con-
iuncta erat Romani mili-
tis strenua virtus. Laudabi-
liter egerunt in eo, quod urbe
condita, statim solliciti essent,
de constituendo eo, penes quē (υ) Cyr.
solum omnis potestas foret, Lenzul. de
prudentissima alias erant insti- Arcan.
tuta eorum, quæ omnia confe- Regn. p.
rebant ad bonum publicum; m. 103.
(υ) optime rebus suis consu- Puf. Apol.
luerunt, cum ad augendum in Erid.
civium numerum, peregrinos Scand. p.
ad honorum gradus in urbe m. 8. Hali-
F fa-carn. Ant.

Rom. p. m. 87. Machiavell. de Rep. l. 1. c. 4. § 12.

facile admiserint. Nunquam
suo cum detrimento bella sus-
ceperunt, hostes prudentissi-
me excursionibus & præliis de-
fatigarunt, magnis viribus, mo-
dicis tamen impensis bella ge-
rentes, quo illis conficiendis
sufficerent. Experti sunt eo-
rum prudentiam in bellis sibi
illatis Karthaginienes, quæ ut
& strenua fortitudo militum,
Pœnorum prævalebat virtuti.
Scipio post cælum ad Cannas
exercitum, collectos aliquot
tribunos militū, ^{nunciat} stricto gladio,
ad defendendam patriam non
minus terruit, quam si Hanni-
bal victor adfuisset. Hannibal
exadverso hæc contemnebat,
nec suos ad pugnandum instru-
ere curavit milites, quippe
Cannensis pugnæ successu elat-
us, nec admisit quemquam ci-
vium suorum in castra, nec re-
sponsum ulli, nisi per interpre-
tem dedit. Maharbalem etiam
ante

ante tabernaculum clara voce affirmantem, prospexisse se quonam modo paucis diebus Romæ in Capitolio cœnaret, aspernatus est. Quæ cum ita sint, non mirum est, quod fortissimus alias Imperator, à Romana potentia vinci potuerit; adeo prudenter Romani in bellis versati sunt, ut necesse sit Baconi fateri, non Romanos per totum diffudisse se orbem, sed contra totum orbem diffudisse se supra Romanos. (Φ) *Fræ-*

§. XII.

Postremo non incredibile fuerit virtute bellica Romanorum victoriam reportatam; quippe Romani, quamquam in Hispania & Sicilia bello fuerint impliciti, feliciter tamen ibi res gesserunt, ideoque non enervati pacem petere cogebantur, sed hostium ut impetus retundere compulsi, ita arma arripere milites animosi

(Φ) *Fræ-*
ciſ. Baco de
Augment.
Scient.
lib. 8. c. 3.

& fortes, qui pugnis peractis
 præmia reportarunt victoria-
 rum. Sed cum tela prævisa mi-
 nus noceant, obtigit Romanis
 ea felicitas, ut Legatos Hanni-
 balis ad Philippum Macedoniæ
 Regem missos intercipere da-
 tum fuerit, qui quamvis arca-
 na Hannibalis mira fide celare
 studerent, ea tamen Romanis
 explorantibus prodere coacti,
 quibus literæ etiam Hannibalis
 consilia ejus singula indicarunt.

§. XIII.

HÆC quæ prolixius dicenda
 essent, in medio relinquo,
 cum naufragium passæ sint &
 paucæ admodum ad nos ena-
 tarint eorum temporum res
 gestæ, ideoque de iis jejune
 differere cogor, iis qui aliena
 scripta censere solent, hoc unum
 suadens, ut clanculum morde-
 re desinant, si eorum, quorum
 scripta manibus suis terunt,
 Aristarchi rigidi videri
 nolunt.

GLORIA SUMMA DEO!

Högwällårde Heri CANDIDAT,

När I den druga Kamp/ som Udul-
runor gifwa
Förhanden/ tälja will/ jag bil-
ligt brister uth/
Ut möda I en spart/ från Gullet Slagg
fördrifwa/
Då I i Liuset geen/ hwad Wijschet
gier för sluth/
Om Hedna werldens drifft/ den många
Lofwård skatta/
Som intet lärdt der af hwad lastwårdt
är at fatta.
Men när Ehrs witra wett om Kamp I
welat uttra/
Så lär Ehrs Sinne en the Christnas
Kamp förglömt/
Der Eder Trones Sköld I weta hårligt
glittra/
Fast I om Hednas Kamp i Ebert
Wärck har dömt.
Den fördeel/ som I sielf af timligt kan
begära
Och Eder Wijschet Frucht/ GUD wär-
des Ehr beskåra!

SAMUEL MÖLLER.

In

Hannibalem artificiole depictum,

à

VIRO - JUVENE

Literarum & morum ornatu Clarissimo,

DN. JOHANNES SPERMAN.

Philosophiæ Candidato dignissimo.

Hannibal *Italicae gentis durissimus ho-*
stis

Qua Martis facie praelia & arma tulit,
Et quo consilio prudens sua facta peregit,
Ne mea vena canat fistula rauca vocat.
Sed Tuus arte labor confectus, Candide

SPERMAN,

Monstrat magnanimi gesta animosa viri.
Hannibal invictus bellis sic castra locavit,
Ne dederit victas hostibus ipse manus:
Perpetuo sic es Tu Phœbi castra secutus,
Nec poterant Te hostis terrificare minæ.
Mox tibi porrigitur merces dignissima cœptis,
Laurus quam texunt turba Novena DEUM.

L. M. scrib.

F. L.